

de nobis expertus es: ne eo metiare animum nostrum. Exiguum illud fu-  
it. Longe ardentior est: semperque erit erga imperii gloriam: proficisceris tu-  
quidem ad hoc bellum: dux magnarum rerum. Experieris ut speramus si  
delissimos constantissimosque socios aliquando aliqua in re magna: nunquam  
satisfacturos: aut imperioriae maiestati: aut gloriae tuae: aut nobis ipsis:  
nisi fidem nostram: & animi magnitudinem: non uerbis solum: aut opibus:  
sed corporibus propriis: & sanguine etiam ipso contestemur. Post-  
quam Tribunus finem dicendi fecit: Respondit Narses: Dignam sibi rem  
uideri: Quae etiam atque etiam diligentius perpendatur. Sibi esse proficisci  
dum: tempore causae cognitionem indigere. Interim hortatus est utrumque  
populum ad pacem concordiamque: patauinos uero: ut patriam instauraret:  
& uincant Venetos studio & diligentia apud imperium. Prius autem quod di-  
scederet: duas edes hac in insula uouit: si fieret uoti compos.  
Totila rex cognito iam antea Narsetis aduentu: in uniuersum ea quae ad  
tanti belli molem necessaria uidebantur: impigne moliri. Maxima tamen  
illa angebatur cura: quod intellexerat langobardos iter facere per cislavinam.  
Eo consilio ut interiectas ciuitates tentarent: Taurisium: Patauium: Vin-  
centiam Veronam. Si id non succedat: padum quod primum transmittant.  
Præstantius autem indicabat iis occurrere. Et priusque cæteris copiis Narse-  
tis adiungerentur experiri: belli fortunam. Theiam primarium belli du-  
cem transmittit ad eos distinendos simulque continendas infide ciuitates.  
Cæterum multa (ut est bellorum incertus euentus) huic consilio obstitue-  
re. Nam & ob pecuniae inopiam aliquot Gotthorum duces ex hibernis  
educere non potuit: & sociæ ciuitates: posteaque Narseten in Italia pedem  
posuisse acceperunt: imperata negligentius faciebant. Franci quoque ligatu-  
ribus finitimi: cum quibus illi erat foedus: uerbis magis quam re auxilia para-  
re. Cotinuit quidem Theias ciuitates in officio: præcludere uero langobar-  
dis transitum haud potuit ob militum paucitatem. Itaque longe celerius  
Totile opinione langobardi iter conficiunt. Siquidem flumina interiecta  
paludesque: quae eos moraturae uidebantur: exficcatis per aestuum sydus  
ubique fossis: facilem transitus prebuerunt: Transmisso pado: ponte ne ani-  
matibus incertum: ad brixillum castra muniunt. Erat autem Brixillum ea  
tempestate cuiusvis cispadanarum ciuitatum: excepta Rauenna pene par &  
magnitudine & ciuium frequentia. Secuti semper & romanorum & impe-  
ratoris partes. Narses interea per estuaria cæteras ut dixi copias Rauen-  
nam transmittit. Atque animo iam præsumens Totila consilium: Quin-  
gentos delecti roboris milites auxilio langobardis continuo dimittit.  
Totila accepto Langobardorum transitu: Quanquam spe celerius transmis-  
sent: tamen in configendi proposito constantius persistit: Theiae ut aduo-